

Johann Ernst Schaper Georg Loffhagen

Disputatio Inauguralis Medica De Febre Petechiali

Rostochii: Weplingius, [1696]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730128911>


Druck Freier  Zugang



R.U. med. 1696.

Johann Ernst Schaper, Praes.

Georg Löffhagen, Resp.



5
ERNESTUS
RUS

OR PUBL. DUCALIS
CTUM

S

S SUÆ NOMINE

OLENNEM

DOCTISSIMI

WISSHAGEN,

NDIDATI DIGNISSIMI,

MURGENSIS VOCATI

CHIALI

TUS GRADU

HABENDAM

DIANIS

RECTOREM,

ETEROSq; OMNIUM

T LITERARUM

HUMANITATE

AT



IV. TYPOGR.

1896.

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE

**FEBRE
PETECHIALI**

QVAM

DIVINA FAVENTE GRATIA

CONSENSU AC AUTORITATE GRATIOSISSIMÆ FACULTA
TIS MEDICÆ IN ILLUSTRIVARNIACA ACADEMIA

PRÆSIDE

**DN. JOHANNES ERNESTO
SCHAPERO,**

MED. DOCT. E JUSq; PROFES. PUBL. DUCAL. CELEBERRIMO
HUNCq; AD ACTUM SPECTABILI DECANO

DN. PATRONO, PRÆCEPTORE, PROMOTORE
AC HOSPITE SUO ÆUITERNUM DEVENERANDO

PRO LICENTIA

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES & PRIVILEGIA
DOCTORALIA RITE CONSEQUENDI.

DIE XIX AUGUST. M. DC. XCVI.

IN AUDITORIO MAJORI,

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

PUBLICO & SOLEMNI EXAMINI SUBJICIT

GEORGIUS BOSSHAGEN LENZ. MARCH

MILITIÆ PRÆSIDII BOIZENBURGENSIS MEDICUS VOCATUS.

ROSTOCHII Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



Q. D. T. O. M. B. V.

Thef. I.



Vam cum aliis ardentibus convenien-
tiam habet febris petechialis, causa est
ut alii ad Synochas putridas, ad cau-
sum eam referant alii, igneæ natu-
ræ esse, & cum urat caustum à Græ-
cis dici posse non æque inconveni-
ens, sed accuratius essentia exprimi-
tur cum Grajis *πεμφυώδην πυρετόν*
vocando, humorum ebullitione &
perturbatione non solum, sed pro-
siliientium manumq; ferientium scin-
tillarum more cum se prodat, & si

non pustulis bullisque efflorescat, hisce propinquis tamen macu-
lis, quæ totidem inflammatoriunculæ sunt, jam urentem ægrum
adhuc magis urit. A ferocia & malignitate dici quoq; solet pestis
privata, vid. *CRATON. trium Imperatorum Archiatri, Consilior. lib. 5. p.*
160. Hinc etiam à nonnullis à periculoso symptomate pestichialis
dicitur, quo idiomate apud Italos in priori seculo, ac Cypri ac Cre-
tæ Insulanos insignita, vid. *Dn. FEHR de Scorzon. p. 70.* Efflorescentes
autē istæ maculæ, febrī huic alias ardenti, speciale imponunt aliud
nomen, ut cum pulicum morsibus vel lentium maculis simili-
bus appareat stigmatica cutis, febris vel pulicaris vel punctula-
ris vel lenticularis, frequentius petechialis dicatur, quam Ger-
mani vocant *das Fleck-Fieber.*

Thef. II.

Describi vulgo solet quod sit febris epidemica, cor primò
affligens, maculis pulicariis multisq; diris symptomatibus
comitata, à maligna qualitate ortum ducens. Quâ ex parte licet
febris hæc quid sit pateat, clarius tamen esse autumo fidicam,
quod sit: à spiritibus animalibus, miasmate quodam deleterio
contaminatis & ex accedente quodam irritatis atqve inde inso-

A

lit

lico more præter ipsorum naturam expansis, calor præternaturalis in sanguine accensus, quam macularum in superficie cutis, ceu infallibile inflammationum signum, eruptio excipit, quæ cum plures uno eodemque tempore inficiantur, omninò epidemica dicenda.

Thef. III.

Miasmatis hujus heterogenii descriptionem accuratè tradere difficile quidem maximeque arduum, ne dicam impossibile est, cum omnes ferè nostros sensus superet, ast cum in magnis & voluisse sat sit, conicere hinc fas est, cujuscunque etiam naturæ hoc venenum sit, ad spirituum substantiam illud accedere, si considerem, quam insensibili modo agit, & cum actionem incipere putes, egisse jam dudum diris Symptomatibus quibus vita quoque periclitatur, se prodatur, adde, quod subitè invasione infame contagii nomen habeat, à quo spiritus animales immediate afficiuntur. Omnia enim Symptomata cum invasione hujus morbi se manifestantia, faciliori negotio inde deducuntur, quam si ad segnem humorum massam, cujus vitalis motus etiam à spiritibus dependet, vel ad alias occultas qualitates, vel nescio ad quam non putredinis speciem confugiamus; Tam subitò enim hæc humorum massa affici nequit, quin si spirituum vigor non primum accessum patiat, adhuc peregrinum illudat, sed inopinato sanus æger & ad interitum inclinatur vel jam interiit & vi veneni extinctus est. Et si paulo accuratius perpendatur quam multum negotii facessant sanguis & humores medico si preparari postulent, antequam insignem vel notabilem alterationem aut mutationem subire velint, si spirituum constans motus sit, illeque mutari nequeat, res est in aprico.

Thef. IV.

Minimè autem hæc nostrâ hypothesi, sanguinem & humores inculpabiles in hoc morbo existere asserimus; sicuti enim spiritus à sanguine malè disposito generati & reparati non possunt non ægrotare, ita ab agro spirituum statu, qui massam sanguineam æque in statu morboso agitant & alterant atque in statu sano regunt, œconomia sanguinis & humorum universalis non potest non perverti; Nec ineptè me facturum puto dicens

cens: simili, quamvis non plane eodem modo ac in liquore generose a tonitru aut terræ motu commoto, in sanguine humano rem procedere; non enim in statum pristinum redit, quamdiu spiritus in illo aut dissipati aut suppressi jacent, statim atque autem hi vires resumunt & se legitime expandunt, vigorem ac statum priorem iterum acquirunt.

Theop. v.

Sanguis cum humoribus autem plus minusve mutationes subeunt easque varias, pro genio morbi, quo spiritus animales & humores adunum omnes inficiuntur, sitque eorum tum consistentia tum motus conturbatio. Dictorum veritas observationibus firmari potest. RIOLANI in *syn. anthropograph. Sin. Eusebii, anatom. lib. 2. Cap. 24.* refert, se aliquoties in febribus ardentibus malignis concretum sanguinem intra venas instar medullæ sambucinae observasse, ejusdemque testis etiam FERNELIUS est de *Febrib.* Et similem se collegisse ex venis malignè febricitantium affirmat. SIM. PAULI. *Digress. de Febrib. malign. S. 30.* Album eduxit in hac febre sanguinem Celeberrimus WALDECHMIDIUS ceu videre est in *Ephem. German. N. C. Dec. 1. ann. 2. observ. 210.* in hoc ne vestigium quidem sanguinis, ut scribit, apparebat, dixisses potius albumen ovi, seri gelatinam, vel ut medicè loquar, saniem. Parisiensium Medicus Dominus PUYLON in Juvencula mortua febre ardenti sanguinem concretum intra venas à claviculis usque ad inguina, & intra arterias sanguinem concretum similem sebaceæ substantiæ, sive medullæ sambucinae porosæ observavit. vid. RIOLANI in *anthropograph.* Nigerrimum & foetidissimum sanguinem in cadavere ex maligna interempti vidit Theoph. BONETUS *anatom. pract. lib. 4. Sect. 1. Observ. 27. S. 23.* Nonnunquam autem sanguis nexu suo adeo solutus in hac febre, ut etiam post mortem solutus maneat, nec grumescat. Celeberrimus WEPFERUS de *apoplexia p. 419.* sanguinem fluidum in cordis venis triculis & vasis majoribus, nec post obitum grumescentem in cadaveribus febris maligna defunctorum, aliquoties se observasse scribit. Magnus SYLVIUS de *metb. medendi lib. 2. Cap. 266.* in malignis febribus omnibus, sanguinem solito fluidiorem esse testatur, & in venis arteriisve mere fluidum in *Ephem. Germ. N.*

A 2

C. D. H.

C. *Dei*. 2. *an*. 9. *Obs*. 213. legimus. *DN. MORTON* in *Psy*
retolog. p. m. 28. sanguinem foeminae cujusdam febre maligna la-
 borantis detractum, tam tetrum spirasse odorem refert, quin &
 Chirurgus & caeteri adstantes in animi plane deliquium incide-
 rint. Et *Regner. de GRAAF de succo pancreas. Cap. VIII. p. 323.* scribit:
 Non solum existimamus cum aliis medicinam facientibus vivo-
 rum pestiferorum sanguinem extra corpus manere fluidum,
 sed etiam peste extinctorum in corpore similem fluiditatem ser-
 vare, quemadmodum hoc semel per experientiam didicimus;
 quod a nullis rebus certius ipsi permiscendis oriri optime arguit,
 quam a volatilibus. Et sic a posteriori liquet quam variis modis
 peregrina sanguini affusa illum laedant, ab aliis coagulatur, diver-
 so coaguli laxioris vel durioris excessu, ab aliis dissolvitur & fun-
 ditur, vel suo nexu penitus solutus est sanguis. Arduum hinc &
 difficile opus determinare miasmaturam, eorumque in spi-
 ritus & humores reliquos effectum, a priori, nisi solo velocif-
 simo contagio determinari non poterit, an alcali an acidum an
 alterius naturae, a posteriori itaque determinandum est, dum
 symptomata varia varietatem causae arguunt.

Theat. VI.

Spiritus & humores partem affectam principalem constitu-
 unt, & modo omnes simul afficiuntur, modo spiritus praecedunt,
 in quos solos vel insensibiliter venenum agit, ut urina bona, pul-
 sus bonus, sed aeger moriatur; vel prius in sanguine latet, & cum
 tacita fermentatione maturatum, spiritus demum in deleterium
 cogit, hic invadendi diversus modus, ut a diversa sanguinis indole,
 sic a diversa veneni aetivitate simul dependet. Coire neque-
 unt, imo ne quidem attingere se possunt, quin colluctentur eum-
 invicem, quo usque virium intercedit paritas, qua lucta sangui-
 nis motu nexuque constanti, peregrinum vel supprimitur vel
 statim ejicitur vel succumbentibus fluidis febris triumphum agit,
 & ebullitiones enormes inducit, quo peregrino motu nec par-
 tes solidae intactae manent, sed ut cutis sic reliqua omnia quoque
 interna viscera & partes subjacentes pestichis maculis obsidentur,
 ut recte *FERNELIUS* statuit *libr. de Febris. Cap. 13.* nulla enim hic
 ac aliis cum variolis & morbillis est disparitas; ut cum in illis
 partes

partes internæ pustulis scateant, cum cutis externa iisdem defec-
 detur, sic quoque & hic, cum in omnes partes perniciofa fertur
 ebullitio, idem ut experiantur fatum, necesse est, eaq; eo magis
 cum major ipsis calor insit, multiplici quippe experientia confir-
 matum legi, purpureas febrium maculas, eo promptius sumfisse
 incrementum quo magis æger calefieret, hinc facies à pete-
 chiis ordinario libera esse solet, & quo moderatiore servantur
 regimine ægri, pestichia decrefcere ac minui solent. Prolato-
 rum confirmationem addit CASTRO *Tract. de pest.* p. 76. qui ma-
 culas has non solum externas, sed & internas partes affligere
 optimè observatum refert, & Joann. MOREELLUS, non tantum
 exteriorem corporis habitum sed & interiora viscera atque mu-
 sculos ejusmodi papulis obsideri, non secus ac per variolas ac
 morbillos, scribit, vid. *Isbrand. DE DIEMERBROECK Lib. 4. de*
Pest. in annosæ, ad bisfor. XXXII. Et in *Citat. hist.* idem refert, in ca-
 davere peste extincto, & facta a Chirurgo incisione in scemore,
 maculas ab ipso perioestio initium ducere & latiore basi, pyramidis
 instar, per medios musculos recta sursum usque ad cutim ascen-
 dere atque ibi in cõnum terminari, deprehensas esse, quamvis
 non omnes ex tam profundo loco, sed quædam è medio muscu-
 lorum, quædam a tendine ipso originem ducere, idem confir-
 met; Et si ulterius aliarum observationes evolutæ legantur, par-
 tes maculis syderatas fuisse, patet. Instar omnium in præsentia-
 rum sit industrius BONETUS qui in *Sepulch. anat. lib. 4. Sect. 1. Obs. 57.*
 p. 1494. omnia viscera in ægro tali defuncto, nigricantis & spha-
 celata fuisse refert.

Theat. VII.

Hoc heterogeneum miasma, rebus non naturalibus tribu-
 endum est, in primis aëri, qui variis inter se colluctantibus efflu-
 viis & perniciosorum humorum halitibus, salibus volatilibus
 causticis inquinatus, multiplicis configurationis, magnitudinis
 & motus particulis exagitur, & alius seu diversus fit ab eo, qui
 aliàs corpus ambit & inspiratur, hinc in consuetus simul incongru-
 est & sic fluidis comunicatus, cum aliter distemperata offendar lu-
 dam inducit, & motu intestinum simul, vel coagulando, vel quod
 frequentius, nexum solvendo, pervertit ac turbat, cum symptoma-

A 3

tib.

In petechiis diris. Ad hanc perversam aëris indolem symboli
 suum addunt castra, militumque contubernia, dum non humatorum
 cadaverum, olidorumque excrementorum foetor, aërem
 inquinat, planeque alienum facit, ut amplius non juvet motum
 fluidorum intestinum, sed destruere conetur; ne in presenti-
 arum de aëris stagnantis ad interitum agente vidicam, idem ipse
 cum emolumento inspiratus, stagnatione exitiosus fit, non
 nisi ex mutatis tum figuræ, tum magnitudinis, tum motus ra-
 tione particulis, sic alienis. Non una eademque autem aëri an-
 nium texture est, sed diversis anni temporibus eam quoque
 diversam obtinet, hinc nec eadem sævicia eadem est, sed pro modo
 recessus à fluidorum constitutione, benignior vel malignior est,
 hosq; vel illos invadit, relictis aliis intactis. Curiosum hinc est
 quod in *Ephem. Germ. N. C. Dec. 1. ann. 6. 57. pag. 202.* videre est, ubi
 Hyeme molli & pluviola, in vere ejusdē anni 1664, febris petechi-
 alis in solos infantes, utriusque sexus, infra XII. annum agentes
 sæviit, & permultos peremit, ultra autem hocce annorum tem-
 pus natos intactos reliquit. Post novi- & plenilunium pestem exa-
 cerbatam fuisse refert *DIEMERBROECK de peste, lib. 1. cap. 5.* idem
 in peste privata, petechiis volo, obtinere testantur *Ephem. Germ.
 N. C. Dec. 2. ann. 5. p. 347* ubi ipsissimo plenilunio exacerbata pe-
 techialis febris legitur; & *DN. FEHR in tractat. de Scorzoner. p. 71.*
 refert, quod post natum Christum anno 1645. ob hyemem te-
 pediolem, passim grassatæ febres malignæ, ungaricæ primùm,
 at subeunte vere petechiales factæ sint. Sic certis periodis sæ-
 viunt petechiæ ex aëris per miasma mutata qualitate ejus-
 que texture, qui si crassior paulo & sua texture laudabili con-
 stans sit, nec peregrinum tam facile admittit, nec petechiæ
 tam diris Symptomatibus ad interitum agunt, quippe ex nulla
 alia ratione in calidioribus regionum plagis, majori cum ferocia,
 enatæ petechiæ, sævire solent, quam quod texture Aëris, ejus-
 que qualitas mutabilis magis existat.

Thef. VIII.

Post aërem alimenta & quæ assumuntur cibus & potus,
 quibus, quod perpetuo effluxu consumitur, restitutio fit, quique
 in sanguinem successively faciunt, & in eosdem abripiuntur
 motus

motus, hujus pētechialis febris causa existere possunt, si victus ratio prava instituat; hinc fieri autumo quod inopes gulosi, luxuriosi, sordidi &c. hæc febre frequentius corripantur. Nec militum in castris febris hæc rara & incognita est, cum multivaria sine discrimine ingerantur, eaque sapius insolita sint & adversa, quibus ne fame exstinguantur, vesci coguntur, ut carnes ab animalibus infectis petita, vel alio modo corruptæ, vel putridæ &c. vid. SENNERT. de febr. lib. 4. c. XI. Sitim autem sapius sedant aqua palustri, foeda, putrida, mephitimque redolente, aut cerevisiâ crassâ, turbidâ, fœculentâ, seingurgitant, aut bacchanalia vivunt in vino tartareo, austero, dulci &c. paucis, quæ aliena, sunt ipsorum potus, ex quibus omnibus nihil aliud sperari potest, quam ut fluidis scil. spiritibus & humoribus reliquis & consistentiæ & motus ratione turbatio inducatur, sic enim & alimenta nociva & trajiciens æther nostro plane contrarius, complicatis viribus luctam inducunt, & vel suo lentore resistunt, vel nimia activitate vehementius impellunt & texturam turbant, sicq; vel solvunt vel coagulant, & variis modis nocent, usque dum pars infirmior victas cogatur dare manus & succumbat.

Thef. IX.

Nimio motu & vigiliis purpureus latex fluido & spirituosus privatur, nihilque remanere permittunt quam segnem & erassam massam, nec minus immodica quiete & somno largiori iisdem idem lentor inducitur, ut in solidorum tubulis hæreant, & ob moram quam neccunt à naturali genio recedendo, si denuò forte fortuna expellantur ob peregrinam faciem sanguinis texturam turbent & solvant, quâ mixtura ejus aut periclitabitur aut penitus destruetur.

Thef. X.

Excretis & retentis, si ea modum excefferint, æque ad febrem hanc fores panduntur, cum spirituum & humorum motus turbatus ex utroque facilius turbari possint, quorum turbatio ex functionibus naturalibus inde impeditis, patet, cumque sic deterior fluida solidave se habeant, quis hosti irruenti resistet? hinc in muliere spatio novem dierum nihil per alvum excernente febrem

febrim malignam ortam **BONETUS** notat lib. 4. sepulch. anatom. Sect. 1. de Febr. malign. & quò respiciunt monita practitorum in febribus malignis salutaria pro abstinentia à venere, quam ne veneris usu, veneno fores pandantur; & quanquam universale non sit, citius tamen veneni vim præ aliis experiri, qui veneri litant frequentibus satis observationibus apparet.

Thes. XI.

Nec excludenda sunt animi pathemata, utpote sola ad hunc morbum inducendum sufficientia, experientia ejus indubitatus testis est, ipsa ratio etiam rem expedire potest, ab animi motibus enim sanguis & humores à spirituum motu vibrante concutiuntur, sicque motus vel præpeditur vel augetur, unde corpus contagio exponitur, admittitur illud, ulterius concutit fluida, dissolvit & turbat, nec resisti nec ejici potest, cum textura & motus congruus deficiant, hinc facillimè petechiis terrore vel ira affecti, inficiuntur. Indefinitis observationibus dicta confirmari possent, nisi ut epidemicis semper, sic etiam ultima hic grassante febre petechiali observatum, hoc infortunium jungatur, ut multi, ne dicam plurimi, terrore malignis vel afficiantur & occumbant, hinc **RIVERII** verba ut de malignis omnibus, sic etiam de petechiis valent, quæ lib. de febr. pestilent. p. 584. apponit, animi pathemata, inquit, corpus vehementer exagitare solent, humoresque conturbare, atque adeò ad hanc litem capeffendam maxime disponunt, in primis vero Timor & tristitia, adeò ut nonnulli existimaverint, in obsidionibus & castris, morbos pestilentes non tam ex prava victus ratione & cadaverum fœtore, quam terrore, metu, anxietate, & mortis formidine provenire, quæ humores exagitant, eosque tumultuari ac fluctuare faciant.

Thes. XII.

A vermibus febrim malignam productam variis observationibus patet, si & petechialem ab iisdem æque oriri dixerim, non errabo; rara causa est, hinc ut rarum etiam adduco, & si febrim malignam producere valeant, facile quoque petechialis auctores erunt, specifico symptomate, petechiis, ab ardentibus aliis malignis saltem distincta cum hæc febris sit, & passim experientia apud auctores non deficiant, sed multorum loco curiosa observatio sufficiat, quam **Theoph. BONET**, in anatom. practis, lib. de Feb.

Febr̄ib. p. 1491. suppeditat. *Grassabanti* inquit febris maligna pe-
tecbiales in obsidione Haffniensi 1639. intra & extra muros; Mul-
ti qui de dolore ventriculi conquerebantur excitatio vomitu, vermes
stiphamum longos revomuerunt, & sic febre extincta ad sanorum
confortium redierunt.

Thef. XIII.

Convenit autem hæc febris cum maligna, ratione invasionis
& symptomatum, excepto quod maculæ adhuc junctæ, quibus
speciali nomine quoque indigitatur, & cum ad pestis naturam ac-
cedere videatur ut *Thef. I.* monitum est, a *CRATONE* pestis priva-
ta dicitur, ab aliis pestis prodromus habetur. Differt autem ab aliis
malignis, ratione hujus symptomatis, in initio enim ante eru-
ptionem peticularum, malignæ nomine insignitur, statim ac
autem altiores morbi venenum facit progressus, ac maculæ hic
inde erumpunt, febris petechialis nomine venit. A peste autem
differt, quod cum pestis obvius quosque *ad pedes* & velocissime
invadat ac jugulet, hæc paulò mitior sit, lentius procedat, & gra-
du testudineo quasi serpendo, ad decimum quartum, aliquando
vigesimalium usque diem, imò longius, sese extendere soleat.

Thef. XIV.

Symptomata autem quibus hæc febris stipatur illius dia-
gnosin suppeditant, quæ fatentibus omnibus practicis in initio
admodum difficilis est, & mitissime plerumque invadit ægrum,
ut ante decubiti tempus perfecta aut sufficiens tantum diagno-
sis non appareat, fallit sic in initio exercitatos etiam Practicos
ut maximè hic quadret Poëtæ:

*Sape exiguus mus
Augurium tibi irisse dabit.*

Gravitate symptomatum autem deinde hanc benignitatem com-
pensat, ut omnia symptomata si ritè se manifestaverint, majoris
quam pro febris natura videantur esse vehementiæ, & in omni-
bus symptomatibus peculiare aliquod appareat momentum,
quo à se ipsis dum in aliis morbis apparent, differunt; un-
de si quis periculum quod ex febre est, conferat cum periculo
quod imminet ex symptomatibus, illud præ hoc negligendum vi-
deatur; In primis autem & adest viriù dejectio sine manifesta causa,

B

si mem-

Membra fatigata aut iactibus quasi contusa, & si aeger sibi si-
 mul non conscius sit, sed vixit nicht wie mir ist! mir febler nicht;
 quod data occasione hic in studio febre hac correpto & ju-
 gulari observavi, semper aliquid mali suspicandum est; acce-
 dit animi anxietas & precordiorum angustia, inquietudo, lipo-
 thymia, horror levis sed frequens & inordinatus, quem exci-
 pit calor febrilis mitis, quandoque ad sensum aegrorum nullus,
 deinde autem insignis observatur, hunc insequuntur vigilae
 pertinaces, deliria varii generis, verigines, nonnunquam etiam
 jungitur veternus, & convulsiones superveniunt imprimis in
 statu. Pulsus naturali quandoque similis, quandoque frequens;
 nonnunquam debilis & parvus, cum urinis sanorum similibus,
 crudis, tenuibus, crassis, coloratis, turbidis cum variae consisten-
 tiae & coloris sedimento. Tinnitus aurium quoque adest, cui
 surditas supervenit; sitis adest magna cum leni febre, vel nulla
 cum magna, accedit linguae ariditas, fissurae & nigrities, *aravdia*,
 faucium asperitas & siccitas, sapor in ore amarus, qui ultimis
 hicce locorum in petechiis omnibus erat; porro notantur car-
 dialgia, nausea & quod hic observavi, imprimis a carne, ut nec
 nomen, multo minus odorem vel aspectum perferre aegri pos-
 sent, cum tamen alia assumerent alimenta; accedit simul vomitus
 cum dejectionibus & alvi fluxibus variorum spumiformium foet-
 idissimorum excrementorum, & anima foetida; ut & sudores
 copiosi, quod in omnibus fere nuper observare licuit, superveni-
 unt insuper haemorrhagiae narium, & mictiones interdum
 cruentae, nec sexus sequior in tali morbo ab uteri haemorrhagia
 immunis est.

Thef. XV.

Haec recensita omnia fere, cum aliis malignis sunt com-
 munita, specialiora sunt quod febris petechialis saepius pleuriti-
 dem mentiat, quae larva pariter ultimo & hic multos invade-
 bat; alios nephritidis vultu initio corripit, cujus dolor gravati-
 vus & vagus in abdomine simul percipi solet, cui fixus & lanci-
 nans dolor in spina dorsi & scapulis jungitur, pariter in multis
 nuper observabilis; quae omnia tamen aequae ac praecedentia non-
 dum indubitatae febris petechialis diagnosis praebent, donec
 suspicio

suspicio petechiis confirmetur; quæ raro quarto, sæpius circa septimum erumpunt diem, circa pectus & scapulas, hinc & dorsum & abdomen & crura, tandem etiam in brachiis notantur, facies ordinario libera est, sed collum iisdem tingitur, quousque collari tectum esse solet, quod pariter nuperis in petechiis observatum. Sed cum pulicum morsus referant maculæ, facile cum iis confundi possunt, quod evitabitur si notetur qua ratione in petechiis in centro punctum ruberrimum morsus pulicaris vestigium deficiat, adde *ZACUT. LUSITAN.* experimentum, quod *lib. 3. prax. admiranda observ. 14.* suppeditat, dum apposita farina lupinorum cum aceto aut oxymelle subacta non petechias, sed pulicum morsus statim evanescere dicit. Sed in scorbuto maculæ, pulicum puncturis similes, æque efflorescunt, quas cum citra malignitatem fieri notabis, facile à petechiis malignis distingues. Magnitudo ut plurimum pulicum morsus magnitudinem, non excedit, quandoque tamen extenduntur magis ut etiam ad *ass. Lubecensis, in Schillinges* magnitudinem accedant, hujus magnitudinis pariter observavit *Cl. Dn. Præses* in Studio in ultimis petechiis cum summo vitæ periculo hæc febre decumbente, ast restituto. Maculæ autem istæ sunt rubræ, purpureæ, pallescentes, in æthiope albæ visæ sunt, *Eph. Germ. an. 3. Dec. 2, Obs. 128.* flavescentes, quandoque lividæ, & plumbei coloris, interdum etiam nigra à Belgis *Pipers. Korn* dictæ apparent, pessimæ gangrænam & sphacelum indicantes partibus quibus insident, simili prorsus modo ut à maligna febre *TULPIUS lib. 3. observ. 41.* brachium sphacelatum notavit; nec minus velut inusta escharam simul inducentes observatæ leguntur in *Ephem. Germ. N. C. Dec. 1. an. 6.* Hoc adhuc notabile est quod præter maculas petechiales & vibices simul appareant, vel solæ & sine maculis. Malignitate tandem superata scabies quandoque relinquitur, qualem æque post febrem hanc superatam in Studio *Cl. Dn. Præses* notavit. Copiosa quoque salivæ mucosæ excretio post statum magis in declinatione salutaris notari solet, quam pariter in nuperis ægris eodem successu observare contigit.

B 2

The LXVI.

Thef. XVI.

Tantam symptomatum farraginem inducit miasma peregrinum, ex peregrina quam cum spiritibus & sanguine iniit lucta, quousque autem fluida resistunt ut non subito destrui queant, inter colluctantia proportio erit ferè in æquilibrio, unde fit, ut dum æquali vi in se mutuo ruunt, mitissima morbi sit invasio, & quilibet morbum leuem eius transthe die nati vel quæ bedeuten habe/ sibi persuadet ac prævidit; cum autem sensim ac sensim ad minima sanguinis penetret eorumque vincula dissolvat spirituum animalium valde impeditur & secretio & motus, reliquisque fluidis per partium meandros errantibus idem deficit, unde *virium sine manifesta causa dejectio* fit, fibræ interim à spiritibus qui adsunt vim simul spasmodicam patiuntur, unde *membra fatigata & ictibus quasi contusa* suat, nec ager sibi hæc de re insueta & incognita, conscius est, hincque statum suum præter naturalem exprimere nequit, nisi *precordiarum angustia & inquietudine*, quæ excipiunt sæpe *liporbymie*.

Thef. XVII.

Concussione veneno major vis conceditur, & sæpe victas manus æger porrigere cogitur. Interim autem dum lente sic & cum vicissitudine luctantur, fit, ut jam miasma supprimat, jam supprimatur, nec unquam hinc constans motus sit, sed fibræ partium minus concutiantur, magis quietare incipiant, unde *horroris sensus* fit, simul *inordinatus*; at cum semper lucta mutetur, & peregrinum sibi resistentia corpora supprimat, & sic secum in suum motum majorem abripiat, fibrarum tremulus naturalis motus major fit, & sic *Caloris* succedentis idæa oritur qui adhuc *mitis* est, aut *nullus* percipitur si statim novam fluida acquirant resistentiam, donec longiori lucta vehementius confligant, vehementior quoque fibrarum concussio, non potest non fieri, unde *insignis calor cum vigiliis percinacibus* ex motu spirituum concitatori, qui subsidentiam & flacciditatem nervis neququam concedunt, sed simul intra cerebrum aberrando, jam hæc jam alia rerum vestigia menti præsentia sistunt, & ab externis eam avocant, circa quæ sic mens attentius occupata, de iis ratiocinatur & verba facit, quæ cum iudicio adstan-

stantium cum non convenient, *delirare* æger dicitur, sed hæc deliria, tam diversa sunt, quot ægri; licet idem miasma omnium horum fluidis turbam eandem induxerit, quæ diversa, diversas animi passiones in statu sano amicas, indicant, ut:

*Navita de ventis, de tauris narret arator
Enumeret miles vulnera, pastor oves.*

Sed hisce dissidiis cum fluida concutiuntur, ex valorum poris in cerebri ventriculos eijcuntur crassiores particulae, sed poros cum ingredi nequeant, à linea recta recedunt & in vorticem abeunt resiliendo, & reliquos omnes spiritus in eundem cogunt motum, unde *vertigines* earumque varii gradus; & si crassiores ejectæ particulae cerebri poros, quod facile fieri potest, obstruant, jungitur *veternus*; frequentissime etiam, in primis in statu *convulsionis* superveniunt, quas tum ex acredine humorum & spirituum, tum inordinato horum motu, originem habere autumo, quæ imminentes certò judicantur, si in vola manus tensiones, aut circa carpum pulsus tangendo tendines moveri quietis digitis sentiat medicus, aut æger sibi conscius titillationes in vola manus percipiat.

Thef. XIX.

Pulsus humorum motus testis est & inde producitur, hinc si dicerem varietatem pulsuum, à diverso fluidorum statu & contagii recessu dependere, me non errare pato, per articularum enim angustias, sanguis sive bene sive malè mixtus, sicque benè vel malè motus, propelli nequit, sine harum dilatatione, quam constrictio excipit, hinc necessario diversus pulsus est; *æqualis* autem hiecc notatur, si fluida æqualiter turbata, nullum ab alio declinet, si vero æqualiter non infecta quacunque de causa id fiat, vel inspiratione miasmatis diversa, vel pro hujus introitu vario, vel quacunque de alia, *pulsus* quoque *inequalis* erit; *frequens*, volatilitas ac fluiditas sanguinis indicatur, *parvus* autem & *debilis*, agilius suppressionis factæ, testis est. Et ut pulsus, sic & urinæ variant, ex eadem fluidorum turba, quæ si in minimis ut in sensu non incurrat, *sanorum similis est urina*; si vero hæc turba magis sensibilis sit, crassiores autem nondum secessionem ab invicem sint passæ, sed firmâ adhuc connexionem cū reliquis habent nec per tubulos renum constrictos transitus pateat, non *viscosa* transeunt;

B f

transcunt, unde *tenuis* apparent, aut si hæc simul aquearum fluen-
tum sequantur, & per renum poros transire possint, *crassa & tur-
bida* erunt, sique firmiter cohæreant *sine sedimento*, vel laxius pon-
dere suo subsidentes *graviusculæ cum sedimento* urinæ apparent.
Colorem urinarum quod concernit ille varius à varietate
salium deduci vult; *rubedo intensa* ab acido, *palescens & flavedo
crocea* ab alcali, quod experimentis chymicis probare conantur,
indeque etiam *sedimentum* vel *lateritium* vel *argillaceum*, obser-
vari; factum hinc est, quanquam minus tutò argumentari queat,
ut sint, qui ex apparente urina diversa, remedia convenientia
eligi posse diversa sibi persuadent, si rubra urina, alcalia, si ar-
gillacea, acida convenire, hæc mea quidem non facio, cum
quam infidate testis sit urina in malignis abunde edoctus sim; reti-
cere tamen non possum, quod in nuperis petechiis ratione urinæ
observare mihi contigit, argillacei coloris *visc. & em. Sanguis* urinæ
& sedimenta earum erant, & acidiuscula tunc temporis
fuisse salutaria pariter accurate notavi; non levis hinc de urinæ
coloribus sic opinari hisce accedit confirmatio.

Thef. XIX.

Crassiuscula quia cum subtilibus simul moventur eæque per
totum corpus pererrare coguntur, non omnibus partium poris
conveniunt, hinc ubi vel gyinati vel subtiles pori sunt, vel illæ quæ
levissimam crassitiem habent, facile hærent eosque obstruunt,
imprimis si cum subtilioribus laxè cohæreant, unde si sistuntur in
auditoris nervis tum & *tinnitus & surditas* fit, æque nuper ob-
servabiles; Cumque glandularum salivalium structura crassiuscu-
lis impulsis salivæ profluenti obicem facile ponat, hinc irrigare
fauces ea nequit, nec tantum *stis* calori respondet, vel caloris
modum excedit, sed & *lingua* simul *arida & aspera est, fissurasq;*
obtinet, unde simul *stomatitis* cum ex siccitate organa libe-
rè moveri nequeant; & ab aëre viscidum in lingua indurante
virescit, cum *amaritiei sapore*, qui ex in hærentibus linguæ pa-
pulis nervaceis cum viscido biliosis particulis molestè vellican-
tibus *fitur*, de quo sapore pariter in hac febre ab ægris quærelæ
instituebantur. Si autem in iisdem vasis salivalibus nulla fiat
obstructio, nec humidum etiam calore non absumitur, cum saliva
cupa

159.
cum intenso calore confluat & sitim sic extinguat; & crassiuscula ista particula cum aliis activis, ventriculi poros quoque obcurantes non tantum *Cardialgiam*, sed cum simul acres fuerint vellicatione ventriculo vel motus convulsivos imminentes inducunt, unde *nausea*, vel ipsum convellunt & *vomitus* fit.

Theat. XX.

Ad glandularum intestinalium poros alluens impetuose propulsus sanguis, suam lympham iis concedit, cumque ea varii generis corpuscula expellit per excretoria vasa sic alvus variis excrementis laxatur; *fluida* est, & saepe *feridissima putrida excrementa* eicit, ex turba quam miasma volatile alcalicum spiritibus humoribusque induxit, unde humorum idem motus fit ac alias si sal acre alcalicum volatile cum oleosis mistum cum acido turbatur, & prout turba major foetor etiam augetur. Talis abominabilis foetor excrementorum in ultimis petechiis aequae observabilis erat & quoties aegri alvum deponebant, eodem intensior calor & debiliores notabantur, manifesto indicio, maximam vi miasma turbare sanguinis texturam, cum imminente interitu; Et come eorundem putridorum in aspera arteria & ubi glandulae excretioni dicatae, exclusio fiat, *anima quoque ferida* est, quae molestam vellicantiam *tussim* simul inducunt. Quandoque *alvus astricta* est imprimis in iis, qui naturaliter feignorem alvum habent, cum glandulae non satis lymphae pro lubricatione intestinorum plorent, dispositae sic glandulae citius obstruuntur, sicque alvus astringitur, quae quid inter multos in uno, cui Cl. DN. Praeses medicinam faciebat, observavi, sed torminibus magis vexatus si cum vi aliquid eiceret, aequae foetebat, in reliquis autem symptomatibus ab aliis aegris non abluidebat. Per totum quia motus spirituum & humorum cum textura turbatus est, hinc ut circa reliquas partes, sic quoque in glandulis subcutaneis quid insolitum fit, pori scilicet partim a crassiusculis si lentis obsidentur, partim a spirituum motu turbato spasmodice constringuntur, unde impedimentum quo minus vel serum per lymphatica redeat, sicque *judoribus aeger sepe diffuat*, vel pro excretoriorum obstructione multa, *nullus vel paucus sudor* sequatur. Et dum turbatus hic humorum motus per vasorum meandros durat, impetum vasa omnia carni minus infixata inque cavitate hiantia

ria, sustinere non possunt, rumpuntur & sanguinem stillant, vel *na-
rium*, unde earum *hemorrhagia* vel renum, unde *missiones cruenta*
prout vasa in partibus diversis rupta sunt. Nec *uterus* ab *hemorrhagia*
immunis, ex mira vasorum complicatione, quibus citius ac reli-
quis vis ac noxa ab ebulliente sanguine hinc inducitur.

Thes. XXI.

Pleuritidem sub invasione *mentiuntur* petechiæ ex dolore cir-
ca pectus, à spirituum motu spasmodico, qui circa membrano-
sas partes præ reliquis notabilis est, idemque spasmus ut circa
pectus, sic quoque in aliis, inprimis ubi nervorum plexus sunt, se exer-
cit, & sic *lumborum, abdominis, spine dorsi, ac scapularum dolores* pro-
ducit, ut hinc jam sub *nephritidis, jam colicæ, jam alterius larvæ*
actionem aggrediatur; accedit humorum vitiosa textura, quæ
tam stupendè turbari & dissolvi nequit, quin præ reliquis par-
tibus salinis vis relinquatur, ea intendatur, inter se collisæ & agita-
tæ ex obtusis aciculæ, ex aciculis acinaces efformentur, quæ cum
aliis in motu turbatis ad omnes partium tubulos delatæ, quibus
conveniunt transeunt, quibus vero figura & magnitudine ablu-
dunt, in illis hærent, præsertim iis in partibus quæ constantibus
poris præditæ, ut membranæ, sicque magis circa dictas partes
dolor percipitur, qui major vel minor ex salium acie diversa est,
Sed antequam salibus hæc vis & acies diversa conceditur reite-
rata & recurrens pugna cum miasmate necessaria est, hinc non
primo statim die sed alius subsequenter vel *quarto* vel demum
septimo, macularum eruptio fit, scil. cum nexus solutus & salia a-
cuta vehementius agere queant, sicque cum lymphæ salium
menstruo, omnibus partibus & superficiæ cutis poris alluunt,
ab æstu humorum in eos adiguntur fortiusque penetrant ubi
aëris exterioris resistentia deficit, hinc in *dorso, abdomine, sca-
pulis* notantur, & sic *crura brachia ac collum* tegantur, æque
tinguntur maculis; sed poris impelli nequeunt quin obstruant,
non nisi materiæ subtili fulguris & fulminis instar ob angustiam
trajicienti transitum concedendo, hinc quot maculæ tot *in-
flammasiuncula* conspicuæ; *rubræ* sunt, quandoque *livida*, imo interdum
migræ, prout salium cuspides acutæ vim causticam diversam
habent, & fibras sic erodant lacerant, vias ocludunt, ut cum ad
reliquas

ibi

reliquas succi fluant, illas perfluere nequeant, hinc pessima fi-
 bentur, non nisi escharas & totidem gangranas & sphacelos di-
 centes. Magnitudo autem, numerus ut & color petechiarum,
 non facile determinari possunt, copia salium eorumq; acrimonia
 & agendi vis hæc diversa agunt, nec nisi à posteriori patet,
 quanta ferocia in spiritus & humores reliquos egerit miasma vi-
 rulentum. Hæc salia caustica autem quousque distinctis in lo-
 cis agunt, maculas efformant, quæ si jungantur & uniantur, *vibi-
 ces diverse magnitudinis, coloris lividi, vel unà cum maculis vel sola,*
 fiunt prout salium causticorum per partes superficiei cutis vel
 juncta vel divisa eruptio est; & cum acrimonia salium intertexta
 vascula sanguifera simul erodat, factum est ut in vibicibus extra-
 vasatus sanguis inveniatur. Restituto autem sanguinis & spiritu-
 um naturali motu, ubi peregrina subacta, & ad latera prorsus sece-
 dere coacta, per poros magis apertos ejiciuntur, angulosæ salinæ
 particule ita transire nequeunt, quin hinc & inde in epidermi-
 dis latera, angulositate etiam obrusis factis, impingant ejusq;
 situm & connexionem transeundo invertant, sit ut *scabies maligni-
 tate superata* relinqvatur, quæ indicat quanta acriorum copia
 fluida referta fuerint; eadem acres particule cum lymphæ per
 vasa salivalia transeuntes ea magis dum stimulant *pyralismum* si-
 mul *cum euphoria* notabilem reddunt cum mucositate, quæ visci-
 dæ ex compressis salivalibus simul exprimuntur.

Thef. XXII

Prognosis cum in omnibus acutis sit incerta, teste HIPPO-
 CRATE, in hac febre dubia erit, cum periculosus valde morbus
 sit, & observationibus confirmatum habeamus, quod quo magis
 blandiatur eo magis noceat, & ex improvise mors imminet &
 sequatur, cum alii morti vicini sæpe præter spem & expectatio-
 nem evadant, quod adhuc in nuperis petechiis edoctus sum.
 Si maculæ bene erumpunt intense rubentes, cum aliquilibus
 coctionis signis, magis salutare sunt, imprimis si pederentim pal-
 lescent & evanescent, quam si lividæ, cœrulei vel plumbei vel
 nigri coloris, quæ deterrimæ gangranam & sphacelum certo
 interitu indicant, & observatione confirmat FORESTUS lib.
 6. obs. 16. & Ephemer. German. N. C. dec. 1. an. 4. obs. 53. His contrariatur
 obser-

C

observatio in Dec. 1. Annos. 67. observ. III. ubi in quodā febre petechiali laborante, miculæ duæ nigerrimæ paulo supra anum, quasi cauterio inustæ & escharâ relicta magnitudinis grossi argentei magni, observatae sunt. In corpore manus sinistrae & pollice dextrae manus uti & in fronte maculas elevatas primo lividas deinde cœruleas ac quasi sugillatas braun und blau magnitudine assem lubecentem adæquantes, hic in studioso febre hac tunc temporis epidemica, correpto, triduo ante mortem observavi, post mortem in regione umbilici ejusdem notæ una comparuit. Maculæ paucae cum febre atrociori & urina malè existente lethales fere sunt, & mali ominis est si retrocedant, nullo progressu errore, interitum certum indicant. Si ex errore præcedaneo dispareant æque magnum periculum portendunt, cum salia caustica retropulsa circa interiora sic vehementius cum majore periculo agant, idem metuendum si excrementa alvi foetida vel nigra, fuerint quibus durantibus petechiæ semper disparere solent, cum insigni ægri debilitate, id quod pariter nuper observabatur. Hæmorrhagia in petechiis semper suspecta habetur & magnam nexum dissolutionem indicat. Urinæ si in petechiis claræ mingantur, & postea cum sedimento turbidæ fiant, bonæ quidem habentur & spem evasione suppeditant, sed ut semper infida testis urinæ, sic quoque hic sæpe fallit, & æger cum malis urinis quandoque restituitur, ut e contrario cum bonis moritur, ut id observationibus satis probatum dari potest. Quando à sudore calido & per totum corpus diffuso symptomata remittunt non levis restitutionis spes oritur, sed si sudores frigidi oboriantur, spirituum inopiam & obstructions multas indicando, portendunt ut plurimum malum, quanquam sudores crebri, calidi licet, etiam febricitanti si supervenerint, febre remissionis experte, calamitosi sint, vid. HIPPOCRAT. aphorism. 56. sect. 4. si convulsiones, contractiones, tensiones, singultus, dentium stridor perversiones labri, superciliorum oculorum, oriatur, aut lacrymæ involuntariè effluant mortem denunciare solent. Floecorum collectio, quamvis aliàs pro signo instantis mortis habeatur, dum æger vel delirat, vel humorum in oculis turbatio sit, in hac febre non semper lethalis est, uti præter propriam

expe-

experientiam observationem suppeditant *Eph. Germ. Nat. Cur. Dec. 1. an. 2. observat. 269.* Ad tempus eventus quod attinet minus quam alia maligna acuta esse solent, & lente sua tempora percurrunt ut in statu intra dierum sex, octo, vel plurium decursum non mutantur, sed in eodem tenore maneat ægri, antequam vel in melius vel in deterius mutantur. Denique ex observationibus practicum hoc notabile est, quod qui morbum negligunt sicque curationem differunt, hincque aërem liberum non vitant, diutius non tantum decumbant, cum si omnia rite observentur, vires non prostrata adeo sint, intra quatuordecim dies ferè eventus adsit, sed sæpissime succumbant.

Thef. XXIII.

His itaq; expositis, in ancipiti licet morbo cura tamen cordatè instituenda venit, ubi è chirurgico fonte omnium primo consideranda Venæ sectio est, quæ ad nifum spirituum insolitum minuendum a multis valde laudatur, eaque eò magis si plethora adsit, & sanguis vehementissime ebulliat, ex qua, licet non morbi curatio & symptomatum sublatio obtineatur, levamen tamen sperandum sit. Sed cautè admodum, nec nisi urgente necessitate operatio hæc instituenda, & tanta majori circumspetione & animi applicatione, pulsu prius diligentissime explorato cæterisque ægrotantis circumstantiis serio pensitatis, sagax medicus hanc muneris sui spartam obiet, si non nesciverit a cuspide lanceolæ vitam ægri & mortem pendere, & experientia edoctus, quod venæ sectio jam in petechiis profuerit, jam noxam induxerit. Inconvenienter enim administrata venæ sectione spirituum vis elastica adeò præpeditur, ut in posterum plane succumbant, neque amplius debito modo se expandere valeant unde venenum sefe in tantum recolligit & magis subjugat fluida, ut eventus status anceps reddatur. De cucurbitulis scarificatis nil addam, cum enim vices Venæ Sectionis supplere nequeant, si institui ea posset per se patet, quod nullius in hac febre effectus esse queant. Sed circa vesicatoria alia plane disputatio est *RIVERIUS in sua prax. lib. 17. sect. 13. Cap 1. & WALDSEHMIDTUS in Ephem. German Dec. I. An. 2. Obs. 114.* affirmant cum felici successu non unum sed plura vesicatoria applicari posse, nec minus *SANCTORIUS de method. virand. error. p. 202.* & seq ea in malignis svadet, pariter *ETHMULLERUS prax. p. 365.* in nulla febre magis quam in petechiis convenire ea doct. Quibus tamen suffragari meritò hæreo, cum acre sal causti-



cum in cantharidibus sanguinem tali in febre a salibus causticis turbatum, magis turbaret, spiritus in orgasmum deleterium cogeret, ut ardor summus, capitis incendium & convulsiones epileptica imò nonnunquam mors ipsa acceleretur. Exemplo probatur in *Ephem. German. Dec. 2. an. 9. Obs. 131.* Cum tamen usurpari debeant non nisi in ultimo hujus febris gradu convenire ea censeo, cum veneno victæ ferè manus porrigantur, quod ex sudore vel madore frigido per totum corpus præter caput diffuso, ex respiratione suppuriosa, pulsu tremulo, urina clara & straminea & diris nervosi generis symptomatibus facile judicatur, si tunc quicquam adhuc tentandum restat, vesicatoriorum usus conveniet, quippe ex hac inflammatione artificiali spiritus animales languentes & oppressi resuscitantur ut iterum se expandere incipiant,

Thef. XXIV.

Ex fonte pharmaceutico autem maximum in curatione hujus morbi momentum desumitur quod primario consistit in subtractione miasmatis peregrini, ejusque corpore exterminatione, & spirituum ac sanguinis in vigorem pristinum restitutione. Eum in finem commendantur evacuantiæ tum vomitoria, tum alvi purgantia tum Clysmata; Ad primum genus multi confugiunt & svadet in primis *ETHMULLERUS, COBERUS &c.* Alii autem iterum dissuadent & primas vias elysteribus abstergi debere malunt, ut *RIVERIUS lib. 17. prax. Sect. 3. Cap. 1.* Pro priori sententia pugnat medendi methodus, quando scilicet primæ viæ saburræ sint refertæ, nausea urgeat, aut inanis vomendi conatus adsit, cum sapore amaricante, aut similibus ructibus cum cardialgia aut præcordiorum anxietatibus; hæc enim ratione diarrhæa & alia gravia symptomata in cursu morbi oriunda optime præcaventur, nec vis medicaminum impediretur. Pro parte altera stat ratio, nulli enim non erit notum quantas turbas vomitoria in corpore excitent & quanta vi agant, unde sanguis & spiritus jam turbati semper magis turbantur & æger jam tum exhaustus & debilis his convulsionibus magis debilitatur, ut non raro ipsam simul evomat animam; cum ab exhibita drachm. sem. tartar. vitriolat. pro digestivo tanta alvi solutio facta, ut intra xxiv. horas ultra centum scellus habuerit, & in vitæ maximo discrimine æger raptus fuerit, vid. *Ephem. Germ. Dec. 1. an. 3. p. 67.* imo levissimum purgans *Manna ad Une. ij cum unc. jolei amygd. dulc.* tantam alvi dejectionem produxit; ut inde mors sit secuta; quid non detrimenti a vomitoriis,

165.
tōriis hinc expectandam. Magna prudentia hinc opus, hic enim peccare non licet, impr. cum junioribus medicis facillime tribuatur culpa ut dicant *Er ist ein junger Mensch/und greiff die Leute so stark an/alt saepe circumstantiæ vomitorium exigunt quid in re ancipiti faciendum? si calculum meum addere licet, urgente necessitate in initio wenn der Krancke anfängt zu flagen & viribus adhuc integris ac primū mutationis momentū percipit, vomitorium ex antimonio desumptū vel pulverem Comitis de Warwich exhibere posse statuo. Si diutis autem abstinuerit magisque jam alteratur, vulgare monitum: Manum de tabula, in hocce remediorum genere commendatum habeo. Et si alvi obstructio evacuationem primarum viarum indicare videatur, potius clystere tentanda res est, quo cum saepe, imo fere semper scopus desideratus obtinetur, quanquam & ne hic quidem satis tuto applicari possit, cum saepe immanes diarrhæ hujus usum insequantur, Et quanquam tantas turbas excitare nequeat, ab usu frequentiori tamen abstinence nec nisi præter summam necessitatem applicetur, imprimis si eruptionis petechiarum signa se manifestent, sic enim cavendum ne minima turba inducatur, cum interiora aliàs majori periculo vim miasmatis experiantur.*

Thef. XXV.

Alexipharmaca & diaphoretica necessaria sunt, majoriq; cum securitate & successu ad hunc morbum avertendum in usum vocantur, sunt enim convenientissima, dum vel gaudent athere nostro convenientissimo, quo junctis viribus atheri miasmatis peregrino resistunt, vel suis particularum texturis convenientibus succurrunt iis in sanguine, quæ laudabiles & necessaria sunt, sed subjugata & enervata quasi gemiscunt, ut sic nisi valde rebellis ac indomabilis fit in suum motum conspirare eundem faciant, unde sensim subigitur & subactum citius per cutis spiracula exterminatur, unde expulso peregrino fluida amplius turbari non possunt, sed pristinam texturam, pristinum vigorem ac motum acquirunt & retinent, si hoc obtineatur, cura febris petechialis felicissima est, ubi autem notamus quod ægri nullo modo ad sudores cogendi sint, nec multis stragulis super impositis defatigandi, ut enim sudores exprimuntur sic quoque simul spiritus, eorumque penuria fit, quorum defectu reliqua fluida victas manus statim porrigunt, & loco spe felicitis curationis, tristis e vita discessus certo certius sequitur, prout hoc an-

C 3

te bien-

te biennium & quod excurrit a Cl. Dn. Præside annotatum, ubi æger cum sudore intempestivo, animam simul deposuit. Blandè itaque tractandi in hypocaustis saltem tepidis, inter stragula levia, hæcque in parte maximè **CELEBERRIMUM SYDENHAMIUM** sequor qui observ. Medic. Sect. V. Cap. 2. p. 340. experientia ad stipulante refert, se in febre continua jussisse ut æger quotidie lecto abstineret, saltem ad horas aliquot, vel si id vetaret major, ejus debilitas vestes saltem indueret & supra lectum cubaret, capite paulo elatiori; hoc consilium optimum nuperis in petechiis observavi, cum omnibus suis ægris Cl. Dn. Præsides non nisi tepidum hypocaustum & levia stragula, licet hybernum tempus esset concederet, successu non infelici; hocce & sub regimine diaphoreticorum ulus nihilominus continuus sit, donec restitutio sequatur.

Thes. XXVI.

Sed fluida cum diversimode turbentur & jam dissolutionem jam coagulationem patiantur, diversimoda etiam alexipharmaca erunt; Eligenda sunt hinc alia præ aliis, respectu miasmatis diversi, diversè agentis, sic cum sanguis coagulatur, sicque acidum, quam rariùs, causa sit, abstinendum ab acidis est, & destruentia acidum maxime convenient, hæcque sunt alcalia: tum fixa, Sal. Card. bened. scordii, absynth. centaure. minor. vel ipsum sal tartari fixum, aut nitrum alcalifat. & similia; tum volatilia: ut sal volat. Corn. Cerv. viperar. bufon. succin. vel salia phlegmate suo soluta quæ spiritus eorum constituunt, sic spiritus Corn. Cerv. Aut compositi ut spiritus sal. ammoniac. succinatus, Liq. Corn. Cerv. succinat. sal. volatile oleosum Juniper. &c. alexipharmaca dici merentur. Nec excludenda sunt absorbentia, terrea, item antimoniata diaphoretica, ut antimonium diaph. & regulus medicinal. convenient; Et quæ consistentiæ solidioris sunt, & licet proprie alcalia dici non mereantur, latis tamen poris suis & rigidis particulis acido resistunt, disjungunt, imo mutant, ut ejus obtusæ cuspides fiant, & actio omnis reddatur debilior, sicq; eo subjugato restitutio promoveatur; talia numeranda sunt, Corallia, ocul. cancr. Corn. Cerv. sine igne & ustum terra sigillata, margaritæ & lapid. pretios. exque inde compositi pulveres, bezoardici Sennert. Michaël. pannon rub. &c. quæ simul ratione sui atheris eum consveto & salutari familiaris operantur & juvant, quod circa lapides pretiosos maximum momentum multis est, si præ vilioribus absorbentibus peculiare quid obtinere debe

167.
beant. Huc faciunt & animalium gelatinæ ut C. C. gelatina, eboris &c; quibus acidæ particulæ blandè infringuntur, involvuntur, sicque ad scopum desideratum, symbolum addunt.

Thef. XXVII.

Dissolutus cum sanguis est & justo fluidior, frequentior petechiarum causa, acidiuscula alexipharmaca sunt; ut enim in peste, sic in privata tunc eandem merentur laudem; talia sunt; aqua prophylactica Sylvii in *prax. Cap. 28. §. 31. p. m. 225.* descripta, acera Bezoard. cum theriacalibus aquis, clyst. antimonii vel alii spiritus acidi, vel cum eorum phlegmate paratæ tincturæ flor. calendul. rosar. bellid. aquileg. &c. tinctur. pariter bezoard. Michael. ut & Mixtur. simpl. succ. citr. & quæ alia acidiusculum saporem referunt, quibus simul & antimoniata diaphoretica, antimon. diaph. regul. antimonii medicinal. bezoard. mineral. cum absorbentibus jam nominatis annumeranda sunt, & in hac causa alexipharmaca, quæ juncta ultimis in petechiis omne absolverunt punctum & diarrhæis aliisque symptomatibus ex fluiditate humorum nimia, & spiritibus irritatis, oriundis resistunt, eaque removent. Ex quibus allatis & adhuc aliis cum aquis temperatis: scord. scorzoner. card. bened. flor. sambuc. borragin. &c. variæ formulæ justa dosi & iterato parari possunt, tales maximè convenientes quæ cochleatim sumi & sic simul continuo ferè oppugnare queant malum, cum non intermissis refocillantibus, confect. alkerim. de hyacinth. &c. ut resistentia eò major fiat, quæ omnia pro circumstantiarum ratione & medici judicio mutanda, eligenda, etiam rejicienda sunt.

Thef. XXVIII.

Nec intermittenda Cinnabarina censeo, diaphoreticis & absorbentibus mista, quæ in utroque casu conveniunt & eò magis quo circumstantiæ spasmodicum indicantes se manifestant, hinc si ut *Crano* cinnabarim nativam epilepsiæ, sic Cinnabarina spasmodicorum motuum magnetem dicerem non errabo, & dictis remediis denique addenda erunt opiata, qualia sunt diascordium Fracast. Sylv. laudan. opiat. theriac. cœlest. pulvis anodyn. Ludov. & variæ opii tincturæ &c. ut & Camphora, quæ ab aliis laudantur, rejiciuntur ab aliis, sed pro variis circumstantiis exigentibus aliis admisceri non sine successu posse, hætenus satis firmatus hæc scribo, modo tempestivè limato judicio & provida manu exhibeantur.

Th. XXIX.

Theſ. XXIX.

Fons dieteticus ſvadet aërem inter frigidum & calidum medium, viſtum tenuem, cibos euchymos & eupeptos quidem, ſed parcè exhibitos, ne ventriculus obruatur, quod in hac febre non ſine noxa fit, hinc juſcula ex pullo gallinaceo parata ſorbenda ſunt bis vel ter in die, it. juſcula avenacea, hordeacea, &c. cereviſia ſit tenuis & bene deſtœcata, vel loco ejus decoctum hordei cum Corn. Cerv. vel radicis ſcorzon. cum raſur. Corn. Cerv. & pro exigentia cauſæ acidiuſculi ſyrupi addi poſſunt, hinc nec vinum penitus interdicens, impr. ſi diſſolutus a miſmate ſanguis ſit, ſic HENRIC. ab HEER. obſ. 5. de muliere refert in petechiis pro deſperata habita vino reſtituta, vid. quoque Dn. FEHR. in tract. de Scorzoner. p. 173. nec nuper id ſine ſucceſſu factum, impr. ſi theè potus ſimul ægris jubeatur quem & neceſſarium & ſalutarem in ultimis petechiis notavi, bis ad minimum in die aſſumptus, ſic non tantum aqvoſis miſmatis vis eluendo & diluendo infringitur, ſed ſimul ſine omni moleſtia diaphoreſis promovetur & ſanguinis nexus diſſolutus a theè vi aſtringente, quam gratâ amaritie in lingua prodit, ſimul reſtituitur, hinc hujus potus copioſus ſit. Somnus & vigiliæ quantum poſſibile modum non excedant, alvus ſit libera, & animi pathemata evitentur cum ad augendam veneni vim plurimum momenti ut ſuperius demonſtratum afferant & omnia in diæta eò vergant, quo vires conſerventur. Et hæc quidem pro inſtitutione de morbo hoc dixiſſe ſufficiant: Maximas Summo Numini pro præſtita opera & conceſſis viribus gratias ago utque in poſterum ſuâ gratiâ miki adeſſe, & omnes meos conatus & labores ita dirigere velit quo in Nominis ſui gloriam & proximi emolumentum cedant, ſupplex precor.

COROLLARIA

1. Appetitus ſamis & ſitis non eſt in ventriculo, aſſumptione tamen cibi & potus ſedatur.
2. Concoctio, aſſumptorum diverſitate ſacilitatur.
3. Tirillatio & dolor tantum gradu differunt.
4. Nullus dolor ſine convulſione, non omnis tamen convulſio eſt dolorifica.
5. In Eva omnium hominum corpora, que ſuère que ſunt & adhuc erunt realiter deſinata fuiſſe, extra dubium eſt.

MS (O) 30

Fons dieteticus (vadium, victum tenuem, parcè exhibitos, ne ventiline noxa fit, hinc jusculabis velter in die, it. jusculum sit tenuis & bene defœcetur. Corn. Cerv. vel radicis pro exigentia causæ acidum penitus interdicensit, sic HENRIC. ab HEER. oesperata habita vino restituitur. p. 173. nec nuper id simul agris jubeatur quæpetechius notavi, bis ad nãqvosis miasmatis vis eluomni molestia diaphoretus a theè vi astringentemul restituitur, hinc hucquantum possibile modomi pathemata evitenturmomenti ut superius devergant, quo vires conitione de morbo hoc dixipro præstita opera & corrum suâ gratiâ mihi adedirigere velit quo in lumentum

1. Appetitus famis & sitis & sporus sedatur.
2. Concoctio, assumtorum
3. Titillatio & dolor tantus
4. Nullus dolor sine convulsione
5. In Eva omnium hominum realiter delineata fuisse,

